

158 Neque his refragatur, quod cum Christus rari, aut nunquam hanc temporalem potestatem, ex habitu in actum deduxerit, Pontifices etiam ab ejus exercitio abstinere debent. Nam secundum Martam d. c. 22. n. 4. & 5. & Bobadil. d. c. 17. n. 3. & 4. & ea, quae tangit Param. d. opin. 4. n. 67. in fine, duo tempora circa dominium Christi consideranda sunt; alterum ante passionem, & tunc propter humilitatem judicare recusavit, ut ostendunt testimonia, quae pro hac parte citantur. Alterum vero post resurrectionem, & tunc procedunt plenè, & planè reliqua loca, quae ei datam fuisse omnem potestatem in caelo, & in terra significant. Unde sequitur, quod cum post resurrectionem Petro clavium potestatem, & ovium omnium curam commiserit, ut constat Matth. cap. ult. & 16. ex potestate Domini, potestatem sui Vicarii metiri debemus, & ei supremam, & universalem jurisdictionem concedere, in spiritualibus semper, & ubique, & in temporalibus, ubi ad id commune Ecclesiae bonum expedire censerit. Et hoc, secundum eundem Martam d. cap. 22. in fine appendicit, significare voluit Christus Joan. dicit. c. 18. ubi postquam dixerat: Regnum meum non est de hoc mundo subdit: Nunc autem Regnum meum non est hinc, id est, nunc vim patior, & regnum, quod habeo, voluntarie relinquere volo, sed post resurrectionem, & redemptionem hominum factam, cum jam gloriosus, impassibilis, & immortalis existam, omnem regni mei potestatem, atque usum assumam, cujus contemplatione se esse verum Regem eidem Pilato responderat, & ne praedictis repugnet, sic exponendum videtur; prout & latius expendit Mendoza d. c. 2. lib. 1. Reg. num. 10. annotat. 13. sect. 3. num. 18.

Denique non obstat quintum, & ultimum argumentum, & nihilominus juri auctoritate desumptum, quibus temporalis potestas à Pontificis, & spiritualis distinguitur, & ipsimet Pontifices affirmare videntur, sibi illam nequaquam competere. Nam generaliter cum eisdem Auctoribus responderi potest, verum quidem esse duas istas potestates regulariter distinctas esse, neque invicem confundi, sed potius se juvare debere, ne alias ordo Hierarchicus pervertatur, ut supra saepe retinimus, & late probat Turrecrem. in sum. de Eccles. lib. 1. c. 87. cum duob. seqq. Sor. de just. & jure, lib. 4. quest. 4. art. 1. Bobad. d. c. 17. n. 1. & cap. 16. n. 2. Anthon. Fab. in Cond. Sabaud. lib. 1. tit. 12. de jurisd. omn. jud. definit. 4. Morla in emp. jur. 1. part. tit. 2. num. 125. Ceval. 4. tom. pract. committ. quest. ult. n. 112. & plurimi alii, quos novissimè refert Calist. Remir. in tract. de lege Regia

162 Aragoniae, s. 2. n. 1. Non tamen in illis iuribus denegatur, quod in Romano Pontifice, ut in vero, & supremo totius Ecclesiae capite, & mundi Monarchia utriusque gladii potestas non resideat, & ab eo mediate totius jurisdictionis spiritualis fons, & origo dimanet, & utraque utique uti possit, citis sibi necessarium visum fuerit, ut aperte disponunt reliqua jura, quae in ultimo argumento hujus ultimi partis consideravimus.

163 Unde & dicere potuit Bald. in c. 1. in princip. qui feud. dare poss. quod Summus Pontifex est

Judex ordinarius omnium hominum totius mundi, & concurrat cum quolibet alio iudice ordinario. Et gloss. in c. ex transmissa de foro compet. Quod licet regulariter à iudicibus laicis non appelletur ad Papam, quia non sunt de ejus jurisdictione temporali, cap. si duobus, §. denique de appellat. ubi Abb. n. 5. & Franc. n. 12. Ubi tamen iniustitia Imperatoris, vel Regis, aut aliorum Principum, non recognoscitur superiorum, esset notoria, & in causis & casibus arduis versaremur, tunc per viam extraordinarii recursus ad Papam appellari posset. Quam doctrinam latius prosequitur Innoc. in c. licet ex suscepto de for. compet. Dec. in d. c. si duobus, ex num. 10. Afilli. in proem. const. regni, quest. 2. n. 7. Marc. Ant. Petra in tract. de potest. Princ. c. 6. n. 94. Et adeo probat Marta d. tract. de jurisd. 4. part. casu 56. num. 5. & 6. ut asserere audeat, hoc procedere non solum ratione peccati commissi propter notoriam iniustitiam, vel quia ejus causa posset turbari pax universalis, sed etiam ratione propriae temporalis jurisdictionis, quam Summus Pontifex habet in universo.

Et hoc idem sentit D. Bernard. lib. 1. de con-165 sid. ad Eugen. quatenus inquit, Pontificis in criminibus, non in possessionibus temporalibus potestatem habere, & infima haec, & terrena Regibus, & Principibus terrae relinquenda esse. Non enim affirmare voluit, extra potestatem Summi Pontificis esse, ubique de temporalibus judicare, quando necessitas finis spiritualis, vel alia justa causa illud exposulat. Sed quod vult, est, ut id, quoad fieri possit exequatur per alios: per se autem non nisi incidenter, aut quando illud fieri non potest, & ideo subjungit: Non quia indigni vos, sed quia indignum vobis talibus insistere, quippe potioribus occupatis. Denique ubi necessitas exigit, audi quid censet, non ego sed Apostolus: Si enim in vobis iudicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis; sed aliud est incidenter excutere in ista, causa quidem argente, aliud ultra incumbere istis, tamquam magnis, dignisque tali, & talium intentione rebus.

Quod etiam melius expressit lib. 4. duos il-166 los gladios exponens, quod Apostoli Christo obtulerunt, de quibus mutatis verbis ab ipso D. Bernardo, late loquitur text. in dicit. extravag. unam sanctam, vers. In hac ergo, de major. & obed. sup. n. 121. relata, & plures alii ex sanctis Patribus, quos refert B. Joan. à Capistrano in tract. de potest. Papa, part. 2. n. 194. & 225. Joseph. Stephan. de potest. caestiva, s. 8. num. 9. cum seqq. Anastas. Gernon. d. lib. 3. de sacros. immun. c. 23. ex n. 17. Et sequitur Praeposit. in d. c. cum ad verum dicitur. 96. docens, praedictas jurisdictiones, quoad exercitium esse distinctas. Nam hoc regulariter in temporalibus prohibuitur est Papae, cui dictum est: Pontifex gladium tuum in vagina, & Innoc. in d. c. solita, de major. & obed. ubi eandem distinctionem respiciens, Papae per attribuit auctoritatem Imperatori verò potestatem Papae jus faciendi, Imperatori actum; ita tamen, ut ex hoc non sequatur, quod una jurisdictione alteri non subsistat, & temporalis ab spirituali non pendeat. Nam per duo Iustitiana magna distincta sunt in caelo, & tamen Luna habet lumen à Sole, & ut dicitur in eodem c. solita:

CAPUT XXIV.

De eadem temporali Sedis Apostolica potestate, & qualiter Alex. VI. & alii Romani Pontifices ea usi reperiantur, quarum Bullae specialiter referentur & de vi argumenti, quod ex auctoritate, consuetudine, seu observatione Ecclesiae desumitur.

SUMMARIUM.

1. Quanta est inter Solem & Lunam, tanta est inter Papam, & Imperatorem differentia, quod novissimè prosequitur Seraph. Freit. de just. Imp. Aiat. c. 6. n. 39. & 40.

Idem etiam post alios probat, & sequitur Joan. Bapt. Valenzuela ad monit. contra Venet. p. 4. n. 178. ubi concludit quod Christus transtulit omnimodam potestatem in Petrum, & successores, etiam quoad temporalium administrationem. Sed ut reliqui Sacerdotes liberius divinis vacarent, & Summus Sacerdos saluti animarum intenderet, permissa est Imperatori eorundem temporalium administratio, d. c. cum ad verum 169 num. 96. dist. & similibus. Unde per Ecclesia, sic à Christo renovata, Monarchiam fuit propriam adeptam, quae dicta est regnum Apostolorum, cap. ita Dominus 19. dist. 22. c. in novo 21. dist. c. 2. dist. 22. c. loquitur 24. q. 1.

170 Quae omnia per latius explicat Joan. Turrecrem. in summa de Eccles. lib. 1. cap. 29. versic. Ad quartam: Anastas Gernon. d. cap. 13. ex n. 17. & 69. Param. d. opin. 4. ex num. 121. & Marta d. 1. part. cap. 25. per totum, qui sigillatim omnia jura in argumento relata percurrit, & eis speciales, & evidentes solutiones assignat, quas brevitas causa hic transcribere supersedeo, cum apud eos videri possint.

Et de historia per text. in d. cap. novit, pluribus agit Joan. Ign. in repetit. lib. 5. §. non alias, n. 415. ff. ad Syllaniam, & in disput. an Rex Francia recognoscit Imperium, n. 42. Cujac. in recitat. posthum. ad Decret. Remond. Ruffus in defensione pro Pontif. Max. tologo ord. Sacerd. & Gernon. supra ex num. 55.

171 Quibus addere possumus, Pontificem ibi non dixisse, quod non poterat, sed quod non intendebat judicare de feudo, cujus per cognitio, & jurisdictione ex magis communi, & recepta Doctorum sententia, feudi domino regulariter relinquenda est, etiam si contra Ecclesiasticas personas agatur, cap. ceterum de iudicis, cap. verum, cap. ex transmissa de foro compet. Bald. in cap. qua in Ecclesiarum, n. 21. de constitutionibus: Andr. de Isernia in cap. 1. §. item si Clericis, col. 2. de capitul. Conrad. Menoch. de retinenda possess. remed. 3. ex num. 369. Jul. Clarus in §. feudum, 172 quest. 90. Nam quilibet per ab altero feudum cognoscens, etiam si sit Summus Pontifex, Imperator, Rex, vel alius Princeps, super feudibus controversiis debet iudicari à directo domino feudi. Socin. dicit. cap. ex transmissa num. 36. Marta de jurisd. 4. part. cent. 1. casu 89. n. 5. cum sequentibus. ubi rationem adducit, quia propter feudalem investituram semper censentur esse inferiores directo domino: Bald. in l. sed si hac, §. si liberta, ff. de in jus vocando: Zas. de feudis part. 7. num. 19. Henricus Rosenthal. in eodem tractat. cap. 12. conclus. 1. num. 10. ubi plurimos alios allegat lit. K. & contrariis responderet lit. L. & Marta loquens in terminis ejusdem cap. novit, dicit. capit. 25. ex numer. 2. usque ad numer. 15.

- 1 Pontificis temporalis potestas qualiter à Catholicis auctoribus accipitur.
- 2 Papa nisi ex justa, & gravi causa exercere solet, & debet potestatem temporalem, quam habet super Reges, & Principes etiam infideles, Et num. 6.
- 3 Causa ubi requiritur tamquam fundamentum jurisdictionis, necessaria dicitur, & procedere debet.
- 4 Papa, vel quilibet alius Princeps supremus non possunt auferre, nec mutare dominia jure gentium quaesita, sine justa causa.
- 5 Infidelium bona sine causa Papa non tollit.
- 6 Chiapanis Episcopi sententia.
- 7 Anastasii Gernoni verba expenduntur, circa modum, quo Pontifices uti solent potestate temporali.
- 8 Paramus justam causam, & prudentem arbitrio discussam requirit ad exercitium temporalis jurisdictionis Papae.
- 9 Thomas Bocius eleganter loquitur de modo, & ratione usus temporalis potestatis Romani Pontificis.
- 10 Dominia temporalia cum Papa mutat, vel auferit, ea ad Dominum dominorum reducit, & jus gentium potius conservare studet, quàm frangere.
- 11 Causa plurima, & urgentissima intervenerunt ad concedendam acquisitionem Novi Orbis.
- 12 Evangelii propagatio inter Indos facienda, desiderabat, eos alicui Principi Christiano submitti.
- 13 Orbis Novi justa acquisitio, concurrente cum aliis titulis concessione Pontificis, in dubium vocari non potest.
- 14 Catholicus Rex Ferdinand. & Elizabeth, qualiter Roman. Pontif. certiorum fecerint detectionis Novi Orbis, & illius conversionem, & acquisitionem exposulaverint.
- 15 Alexand. VI. ingens gaudium ob detectionem Novi Orbis accepit, & qualiter Apostolicis literis, ejus acquisitionem Regibus Catholicis concesserit.
- 16 Bulla Alexandri VI. qua Regibus Catholicis Novum Orbem concessit, ad litteram refertur, Et num. 24. aliae duae, quibus eandem concessionem confirmavit, & ampliavit.
- 17 Bullam Alex. VI. que Novum Orbem Regibus Catholicis donavit, qui referant, & laudent.
- 18 Alexand. VI. qualiter sedaverit controversiam inter Castella, & Lusitania Reges super Novi Orbis partitione subortam.
- 19 Alex. VI. non solum administrationem, sed etiam plenum dominium Novi Orbis Regibus Catholicis indultit, cum onere, ut Indorum conversionem curarent.
- 20 Orbem Novum pleno jure Catholicis Hispaniae Regibus à Pontifice datum, qui tradant.
- 21 Jacobi Mainoldi verba de pleno dominio Indiarum recensentur, ibidem.
- 22 Alex. VI. sequutus fuit opinionem eorum, qui Pontifici tribuunt temporalem dominationem in regnis, & bonis infidelium.
- 23 Bellarminus Cardinalis Illustris. se ipsum retrahere videtur, & inspecta Bulla Alexand. VI. plenum dominium Orbis Novi concessum esse agnoscit.
- 24 Thomas Bocius passim dignoscit per Bullam Alex. VI. plenum dominium Indiar. Regibus Catholicis datum fuisse, & dari potuisse.
- 25 Alexandri VI. vitia, si qua habuit, ingenti bono &



- 30 Pontifices Romani saepe papas hinc inde reperunt terras infidelium Principibus Christianis cum onere conversionis.
- 36 Hibernie regnum Adrianus IV. Huiusmodi II. Anglie Regi subjugandum, & convertendum concessit.
- 37 Adriani IV. memorandum diploma de concessione regni Hibernie ad Iheram referuntur.
- 38 Martinus V. & Nicolaus V. & Callixtus III. & alii Romani Pontifices Lusitanie Regibus, ac regna infidelium debellare, & occupare possent, concesserunt.
- 39 Callixtus III. & Nicolaus V. Bullas de concessione Indiarum Orientalium Lusitanis facta referuntur.
- 40 Pontificis concessione multum imixti fuerunt Reges Catholici ad occupanda, & possidenda regna Indiarum.
- 41 Joan. Lupus de Palacios Rubios fecit generalem quandam requisitionem, sine protestationem, qua Iudaei praecipue inimicabatur, ut Romani Pontifici obedientiam, & potestatem agnoscerent.
- 42 Requisitionis sine protestationis forma refertur, qua Iudaei olim inimici iubebantur.
- 43 Juste possidet, qui auctore legitimo iudice possidet.
- 44 Sententia a iudice legitime lata, tridit dominium.
- 45 Sententia, & declarationibus Papa non est negandum, quod aliis inferiorum iudicum concedi solet.
- 46 Papa una sola sententia, & declaratio generaliter prelati facit ius in similibus causis.
- 47 Callixtus III. Bulla verba expenduntur.
- 48 Opinio que magis favori Ecclesie, & pia causa in dubio prosequenda est.
- 49 Opinio, quae favori potestati clavius prevalet non favoribus.
- 50 Pontifex potest in dubiis opinionibus declarare, quae in aeternum & sequenda.
- 51 Papa pro sententia, & declarationibus semper praesumendum est.
- 52 Papa est fons iustitiae, & in eo inest summa perfectio, & sapientia.
- 53 Papa decisionibus & declarationibus stare debemus, licet totus mundus contra eum.
- 54 Sententia, & opinio Papa, praevalet opinionibus omnium Episcoporum, Et num. 46.
- 55 Papa quod approbat, vel reprobat, omnes sequi tenentur.
- 56 Refragante Summo Pontifice, congregatio in Concilio generali non praevalet.
- 57 Principes auctoritate qui contrahunt, vel aliquid recipiunt, decipi non debent.
- 58 Beneficio judari nos oportet, non decipi.
- 59 Pontificia dignitas reliquis supereminet.
- 60 Papa appellatur Imperator, & princeps principum, & culmen omnium dignitatum.
- 61 Ecclesia est tutrix iustitiae, & contra eam aliquid fieri non permittit.
- 62 Papa facta in dubium vocari non debent.
- 63 Papa auctoritati, & potestati detrabere injustum est.
- 64 Pontifex Summus ubi aliquid magnum & insolitum facit, admirari potius, quam notare debemus.
- 65 Apostolica Sedes potestas in infinitum pro meliori Ecclesiae statu ampliari potest.
- 66 Carus, ubi accidit a Principe non praevius, omnia, quae ipse possit facere, potest is, qui eius vices habet.
- 67 Mandati fines, aut limites non videtur excedere qui ea facit, quae dominus faceret, si praesens esset.
- 68 Papa quod aliquid inutiliter, aut frustratorie faciat, acriter temerarium est.
- 69 Deus, & naturam nihil frustra operantur.
- 70 Gestis auctore Deo, vel eius Vicario convenientissima iudicanda sunt.
- 71 Ecclesia nec decipere, nec decipi potest.
- 72 Ecclesia non solum est experta erroris in articulis Fidei, sed etiam ubi de concernentibus ad mores universales disponit.
- 73 Papa recitari non potest, nec ab eius sententia appellari.

- 64 Papa quod facit, videtur facere ut Deus.
- 65 Exempla non est iudicandum, sed legibus, & quare.
- 66 Exempla pauca reperiri possunt in causis judicialibus, quae in omnibus circumstantiis similia sunt.
- 67 Exempla supremorum iudicum, & tribunalium multum attendi, & venerari debent.
- 68 Exempla sanctorum Patrum in iudicando sequi debemus.
- 69 Majorum actus, & mores pro lege accipiuntur.
- 70 Papa quod unus fecit, & multo magis quod plures facere consueverunt, probare debemus.
- 71 Papa auctoritas maior est quam Sanctorum, ibid.
- 72 Consuetudo ex communi Pontificum concessione, & stylo desumpta, in similibus causis ius, & formam inducit.
- 73 Ecclesia contra frequentem usum disputare insolentissima veterabilem est, secundum Div. August.
- 74 Cap. per venerabilem, vers. Quod autem qui filii sint legitimi, expenditur, & illustratur.
- 75 Haeretici negantes in Ecclesia esse potestatem concedendi jubileos, & indulgentias, & Sanctorum esse invocandos, ex contrario, & communi ejusdem Ecclesiae usu condecernuntur.
- 76 Ecclesiam posse dispensare cum Monachis in voto castitatis, ut matrimonium contrahant, ex eo quod il pluris fecit, probant Cajet. & alii.
- 77 Papam posse temporalem dominationem, & jurisdictionem in regnis infidelium exercere, inde multi probant, quod sapientis usus sit.
- 78 Pontificem Romanum esse verum caput universalis Ecclesiae, ejusdem communi observatione colligitur.
- 79 Argumentum in usu, & observatione Ecclesiae validissimum est.
- 80 Praesumendum est pro illi, quae diu in Ecclesia Dei agitata sunt.
- 81 Consuetum fieri, non dicitur arbitrarium, sed necessarium.
- 82 Consuetudo etiam irrationabiliter, & cum peccato introduci, excusari a ponti, & contraria.
- 83 Argumentum a soliti, & consuetis fieri, tunc efficacius est, cum antiquioribus & gravioribus exemplaribus nititur.
- 84 Praxis est vera legum interpretis.
- 85 Observantia tubercula habetur, pro lege & pluris de viribus, & effectibus observantiae.
- 86 Lex de quibus, si de legitibus, l. 1. Cod. quae sit longa consuetudo, & similes exornantur.
- 87 Observatum quod diu fuit, censetur prius ita dispositum, & ordinatum fuisse.
- 88 Virginitas suam siltam necans, quod in ejus persona Appius juris observantiam non custodiunt.
- 89 Observantia declaratoria non requirit praescriptionem, nec plures actus.
- 90 Solum dicitur quid ex una sola vice.
- 91 Consuetudinis, & observantiae auctoritas, etiam in alienationis materia plurimum operatur.
- 92 Alienatio, vel infusio quorumlibet honorum etiam Ecclesiasticorum a Regibus, Principibus, vel Prelatis juxta consuetudinem facta, impediri non debet.
- 93 Pontifex Summus dubia, & ardua negotia nunquam expedire solet, sine consilio Cardinalium, & aliorum peritissimorum virorum.
- 94 Papa, etiam cum utitur plenitudinis potestate, Cardinalium consilium requirere solet.
- 95 Pontifex Summi qualiter olim jurjurandum praestarent de peccando in rebus arduis Cardinalium consilio.
- 96 Ecclesiastes locus cap. 12. vers. 11. exponitur.
- 97 Pontificis Romani decretorum certitudinem qualiter expresserit Salomon.
- 98 Pontifex, & Principes superiores omnia iura in scripto peccatoris habere dicuntur, propter consilia peritorum, quos semper secum habere solent.
- 99 Pontificum Romanorum, & Collegii Cardinalium dexternitatem, & certitudinem in declarandis rebus dubiis, multis probat, & extollit Thomas Bocius.

- 99 Alexander VI. Bulla etiam non faciat mentionem consultationis Cardinalium, credendum tamen est, eam intervenisse.
- 100 Bullae saepe expediri solent sub solo nomine Papae, quavis Cardinales ad eorum expeditionem consilium, & consensum praestiterint.
- 101 Actus semper nominari solet a principali ejus auctore.
- 102 Papa, si nolit, non tenetur de necessitate Cardinalium consilium petere.
- 103 Cardinalium consilium, ut Papa necessario petere debeant, nulla consuetudine induci potest, & quare.
- 104 Papa contra supremam potestatem nulla currit praescriptio.
- 105 Clausula, Ex certa scientia, quid praesupponat, & operetur in Bullis Pontificum.
- 106 Clausula De plenitudine potestatis, nunquam uti solet Pontifex, nisi cum causa cognitione, & plena negotii informatione.

HÆC igitur cum ita se habeant fatis quidem apparet, Romanum Pontificem ex concordio omnium Catholicorum scriptorum doctrina, ut minimum dominationem, jurisdictionem & potestatem temporalem habere super omnes Principes tam fideles, quam infideles saltem quantum postulare videbitur finis supernaturalis, ad quem potestas spiritalis ordinatur, cujus ipsum Pontificem supremum caput, & dominum esse, necessario secundum fidem affirmare debemus. Et juxta aliam magis receptam plurimorum Theologorum, & Canonistarum sententiam, quam, veriorum, & securiorem esse probavimus; majus etiam & absolutius imperium erga eorundem Principum, praesertim infidelium, Regna, & provincias exercere posse, Reges, nimirum, & gubernatores eorum mutando, & alios Catholicos praeficiendo, quoties id sibi expedire videbitur. In quo tamen non solo arbitrio, aut liberae voluntatis intuitu procedere debet, ut sup. tetigimus, & novissime tradit Seta. Freit. de just. Imp. Aiat. c. 6. n. 48. sed juxta aliqua causa, & bono publica utilitatis suadente, & tamquam Deus, qui est veritas, ut praclare scriptum reliquit Bald. in tit. de pace constantie, §. in nomine Christi, ubi allegat doctrinam Innocentii in c. cum sit generale de for. compet. & in c. super litteris de rescript. & in c. cum super Abbacia de offic. deleg. qui tradit, quod quando causa requiritur tamquam fundamentum jurisdictionis, oportet, eam inesse, & veram & discussam esse, alias iudicium est nullum ipso jure.

Quod etiam latius prosequitur Felin. in cap. que in Ecclesiarum col. 9. declarat. 3. de constit. Glos. & Doctores in c. 1. si de investit. feud. inter domin. & vassall. Roder. Zamorens. in tract. de orig. & differen. Princip. p. 2. Et in simili probant Bart. in l. fin. C. si contra jus vel utilit. pub. & in l. 1. C. de feud. patrim. lib. 11. Paul. Castrens. cons. 156. Ancharran. cons. 178. 229. 252. & 287. vol. 1. Dec. d. c. que in Ecclesiarum, n. 51. & cons. 361. col. penult. vers. Secundum responditur, & cons. 588. col. 3. Jason. in l. Barbarius, col. 6. vers. Circa duas ff. de offic. Praetor. Craver. cons. 5. n. 2. Hyppolit. Reminald. cons. 74. n. 43. & consil. 467. n. 105. & 106. lib. 4. Carol. Tapia in rub. de constit. Princip. c. 1. per totum, & Mar. Anton. Petra de potest. Princip. c. 24. num. 56. & 90. ubi resolvunt, quod si Papa, vel Imperator juri naturali, vel gentium, prout est dominium, sive causa derogare non potest, & quod Papa non recipit a Deo potestatem peccandi, sed juste & licite facere oporteret, quod illa respiceret utilitatem publicam principaliter.

Quod etiam in bonis infidelium docuerunt Innocent. & Abb. in c. quod super, de voto, Praeposit. in c. 1. distinct. Oldrad. cons. 87. & 264. Abb. n. 22. Decius 109. Berol. 134. in c. que in Ecclesiarum de constit. Tapia d. c. 1. n. 54. & Nos supra c. 21. ex n. 62.

Et in terminis nostrae quaestiones idem docet Episc. Chiapens. in d. tract. comprob. fol. 46. Cardin. Bellarmin. d. lib. 5. de Romano Pontif. c. 6. Sor. Victor. & alii, quos refert & sequitur Molina d. tract. 2. de just. & jure, disput. 29. col. 141. & 146. vers. Ex dictis, Anastas. Germon. dict. lib. 3. de sacra. immun. c. 13. n. 38. Ubi inquit, neminem sane mentis dubitare debere, quin Pontifex Maximus, nec praeter eum alius quisquam, Imperatores, Reges, aliosque magnos Principes Principatu, Regno, atque Imperio private possit, nec non alios, cum libet, & opus sit, in eorum locum sufficere, & subrogare, ac gladio, non solum spiritali, sed & materiali stricto, vice Christi, suo munere fungi; Licet id non agat, nisi gravius de causis, atque urgentissimis, fidei Catholicam, aut Republicanam Christianam concernentibus, magnaue prudenti, ac expedita, & quando, & quomodo, & per quam faciendum sit deliberatione habita. Param d. lib. 3. de orig. Inquis. quat. opin. 4. n. 2. & n. 118. Ubi concludit, in exercitio hujus temporalis jurisdictionis, non solum ex animi sententia, sed ex justa causa prudentium arbitrio inducitur Summum Pontificem procedere debere.

Et melius Thom. Bocius d. lib. 1. de ruinis Gene. 18. p. 106. ubi ita eleganter scribit: Quamobrem Pontifex Summus verae Religionis jure poterit imperare quibuslibet mortalibus, quoad singulas eorum res, & actiones, ac proinde omnium temporalium dominus erit, non ut pro libito cuncta verset, immutet, distribuatur, auferat; sed ut ad virtutes, ad Religionem, sapientiam, Deique amicitiam dirigat, iis modis, qui videntur, pro varietate rerum, quas praer manibus habebit, magis esse necessariis, utiles, & convenientes ad hunc finem, & omnes homines erunt illi obligati parere, ad virtutes enim nati sunt, ac producti a Deo magisque ac minus erunt obligati, parere, quo magis aut minus erit necessarius, utilis, & convenientis modus pro conditione rerum, quae contingunt; quod ad ipsum jure spectavit indicare. Et post alia: Dominum quod iupponatur, subordinaat sibi reliqua dominia, non auferens illa dominis, verum scabilians, cum reducat ad primum dominium dominorum, per quem sunt alii dominii. Quod si quando auferat, auferat ne maxime imminuantur, ac pereant aliis ejusdem, gentis, aut Regni, tum illa, tum caetera, sicut multoties periere. Nam vastitates, ac ruinae temporalium nascuntur ob defectum virtutum, virium, defectus religionis, sapientiae, & amicitiae Dei, a quo sunt, moventur, conservantur, augentur cuncta ut ipsum, quantum fert eorum natura, participent, & idcirco reducuntur ad ipsam a quo

omnis boni multiplicatio, & perpetua emana-
 nat. non equi boue 3, 30109 non 019010 12100
 11 Unde cum ejusmodi justae, & legitime equi-
 tatisque cumulatibus, & urgentibus militasse, &
 concurrisse videantur, quam in Barbaris istis Occi-
 dentalibus, & Meridionalibus Novi Orbis na-
 tionibus recte ponit Alexander VI. Pontifex
 Maximus praedictus iure, & potestate utens, Ca-
 tholicis nostris Hispaniae Regibus, non solum
 carum ad fidem convertendam curam committit
 tere, ut prioris opinionis auctores existant, quorum
 dicta late recensimus in *precedenti ex m. 21.*
 Sed simul etiam plenum, & supremum domi-
 nium, ac jurisdictionem concedere, & ubi opus
 fuisset, debellacionem, & conquestionem, jux-
 ta magis receptam aliorum sententiam, de qua
 etiam diximus in eodem c. ex n. 53. quoniam, ut
 praedictum, & insularem in nostris terminis tradit
 ident Thom. Boccius d. lib. 4. d. Itali statu, c. 1. 5.
 & 6. & de temp. Elect. Monar. lib. 1. d. 1. c. 6. 23.
 & de iure lib. Elect. lib. 2. c. 9. cum seqq. Fran-
 cisc. de Varg. in d. tract. de Episcop. jurisd. con-
 st. 16. n. 4. & sequunt. Anastas. German. d. c. 13.
 n. 29. & 30. & alii supra in favorem ejusdem opi-
 nionis citati, & hinc Christianae fidei, & Evange-
 lii propagatio necessario desiderabat, & ipsorum
 Barbarorum remota, inaccessa, & nascentium, vel
 denotante nota colluvies, feritque, crudeliter, &
 inhumani more, tyrannides superstitiones, ido-
 latriae, & erant sacrificia, & alta fœdissima, &
 spurcissima crimina, quibus Deum graviter of-
 fendebant, & ipsam humanam naturam miserè
 deturbant, de quibus latissime egimus in hoc lib.
 1. c. 12. ad 16. *in fine* non 20 multo non 20
 13 Quae omnia licet per se tantum considerata,
 ad infideles debellandos, subjiciendos, & suis bo-
 nis, ac dominis privandos, aliquibus non om-
 nino sufficere videantur, aliis tamen conjuncta,
 imò & singulariter considerata, justissimam cau-
 sam debellacionis, & plenissimum, & securissi-
 mum acquisitionis titulum Regibus nostris praebere
 potuisse, constantissime placet, ut in dictis
 capitulis copiose tractavimus. Et accedente hac
 Pontificia concessione, in dubium vocari non
 posse, ultra Auctores supra c. *preced. ex n. 63.* re-
 lator, expressè affirmat Fr. Joan. Marq. in *Gub-*
ernat. Christ. lib. 1. cap. 27. pag. 164. Anton. de
 Herrera in *histor. gener. Ind. decad. 1. lib. 2. c. 4.*
pag. 571. & sequent. Ubilegantissime loquitur, &
 14 ex historia fide recenset, & qualiter Catholici
 Reges Ferdinandus, & Elisabeth Romanam Sedem
 Orbis Novi, à se nuper Columbi industria
 detecti certior fecerint, & ab ea donationem,
 sive confirmationem illius exposulaverint, quo
 tutius, & securius inventis potiri, & invenienda
 occupare, & possidere valerent, licet plures eru-
 ditissimi ejus temporis viri hanc concessionem
 nullatenus necessariam ad justitiam hujus conquestio-
 nis existimarent.
 15 Quo tunc Nuntio, ut idem Herrera subiungit,
 Alexander VI. Pontifex Maximus, qui tunc Petri
 Cathedram occupabat, non minorem admiratio-
 nem, quam laetiam recepit, ob ingentem Ec-
 clesiae, & Christianae fidei propagationem, quam
 inde eventuram consideravit, & post maturam
 sacri Cardinalium Collegii consultationem, &
 approbationem, justis, ac piis Regum Catholici-

corum precibus inclinatus, quarta die mensis
 Maii, anno 1493, eisdem, & eorum in Regno
 Castelle, & Legionis haeredibus, & successori-
 bus omnes insulas, & terras firmas versus Occi-
 dentem, & Meridiem eo usque ipsorum cura, &
 expensis detectas, & in posterum detegendas,
 auctoritate Omnipotentis Dei sibi in Beato Petro
 concessa, & Vicarius Jesu Christi, qua in ter-
 ris fungebantur, motu proprio, & ex certa scien-
 tia, ac de Apostolica potestate plenitudine, in
 perpetuum pleno jure donavit, concessit, & as-
 signavit. Ita tamen, ut linea quadam à Polo Ar-
 ctico ad Antarcticum duceretur, quae centum leu-
 cis versus Occidentem, & Meridiem à Gorgo-
 num sive Hesperidum insulis, quae vulgo vocan-
 tur: *De las Azores, & de Cabo Verde,* distaret, &
 pars Orbis, quae in Oceano ad Occidentem So-
 lem jaceret, ea Catholicis Regibus cederet: quae
 vero ad Orientem spectaret, juris Regum Lusitaniae
 censureretur, ne occasione hujus nova gratia
 praedicta in aliquod fieret, aliis sibi prius circa
 Indiae Orientalis navigationem, & conquestio-
 nem indultis, de quibus etiam statim agemus.
 Sed praestat ipsius Bullae verba ad litteram recen-
 sere, utpote in qua unum ex praecipuis nostrae
 tractationis fundamentis consistit: Ea igitur sic
 habet.

Alexander tunc Episcopus servus servorum Dei, 16
 Carissimo in Christo filio Ferdinando Regi
 Carissimo in Christo filio Elisabeth Reginae
 Castelle, Legionis, Aragonum, Siciliae & Gra-
 natae illustribus: salutem, & Apostolicam bene-
 dictionem. Inter caetera Divinae Majestatis bene-
 placita opera, & cordis nostri desiderabilia, il-
 lud profecto potissimum existit, ut Fides Catho-
 licae, & Christianae Religio, nostris praesertim
 temporibus exaltetur, ac ubilibet amplectitur,
 & dilatetur, animarumque salus procuretur,
 ac barbaricae nationes deprimantur, & ad
 Fidem ipsam redeantur. Unde cum ad hanc
 sacram Petri Sedem, divina favente clementia
 (meritis licet imparibus) evehiti fuerimus, cog-
 noscentes vos tamquam veros Catholicos Reges,
 & Principes, quales semper fuisse novimus,
 & à vobis praedictae gesta, totum penè jam Orbi
 notissima, demonstrant, nescimus id exoptare,
 sed omni conatu, studio, & diligentia,
 nullis laboribus, nullis impensis, nullisque
 parcendo periculis, etiam proprium sanguinem
 effundendo, efficere, ac omnium animam vestrum,
 omnesque conatus ad hoc jam dudum dedicasse,
 quemadmodum recuperatio Regni Granatae à
 tyrannide Saracenoŕum hodiernis temporibus
 per vos, cum tanta divini nominis gloria,
 facta restaret, dignè ducimus non immerito
 & debemus illa vobis etiam sponte, & favorabiliter
 concedere, per quae hujusmodi sanctum, &
 laudabile ab immortalitate Deo conceptum
 propositum in dies ferventiori animo ad ipsius
 Dei honorem, & Imperii christiani propagationem,
 prosequi valeatis.

Sane accepimus, quod vos, qui dudum animo
 propositeratis aliquas insulas, & terras firmas,
 & remotas, & incognitas, ac per alios haec-
 tenus non repertas quaerere, & invenire, ut
 illarum incolae & habitatores ad colendum redem-

emptorem nostrum, & Fidem Catholicam pro-
 findum reduceretis, haecenus in expugnacione,
 & recuperatione ipsius Regni Granatae plu-
 rimum occupati, hujusmodi sanctum, & lauda-
 bile propositum vestrum ad optatum finem per-
 ducere nequivistis: sed tandem sicut Domino
 placuit, Regno praedicto recuperato, volentes
 desiderium adimplere vestrum, dilectum filium
 Christophorum Columbum, virum utique dig-
 num, & plurimum commendandum, ac tanto ne-
 gorio aptum, cum navibus, & hominibus ad similia
 instructis, non sine maximis laboribus, & peri-
 culis, ac expensis destinastis, ut terras firmas,
 & insulas remotas, & ignotas hujusmodi, per
 mare, ubi haecenus navigatum non fuerat, dili-
 genter inquireretis: qui tandem (Divino auxilio,
 facta extrema diligentia, in mari Oceano navi-
 gantes) certas insulas remotissimas, & etiam ter-
 ras firmas, quae per alios haecenus reperta non
 fuerant, invenierunt, in quibus quam plurima
 gentes pacificae viventes, & ut asseritur, nulli
 incedentes, nec carnibus vescentes, inhabitant,
 & ut praefati Nuntii vestri possunt opinari gen-
 tes ipsae in insulis, & terris praedictis habitantes,
 credunt unum Deum Creatorem in coelis esse,
 ac ad Fidem Catholicam amplectendum, & bo-
 nis moribus imbuendum, & sacris apud videntur,
 spaque habeatur, quod si eraderentur, nomen
 Salvatoris Domini nostri Jesu Christi in terris,
 & insulis praedictis faterentur: ac praefatus Chris-
 tophorus in una ex principalibus insulis praedi-
 ctis jam unam turrim satimunitam: in qua certos
 Christianos, qui secum ierant, in custodia,
 & ut alias insulas, ac terras firmas remotas,
 & incognitas inquirerent, posuit, construi,
 & aedificari fecit: in quibus quidem insulis,
 & terris jam repertis, aurum, aromata, &
 aliae quamplurimae res pretiosae diversi generis,
 & diversae qualitates reperuntur. Unde omnibus
 diligenter, & praesertim Fidei Catholicae exalta-
 tione, & dilatatione (prout decet Catholicos Re-
 ges, & Principes) consideratis, more progenito-
 rum vestrorum clarae memoriae Regum, terras firmas,
 & insulas praedictas, illarumque incolae, &
 habitatores vobis, divina favente clementia,
 subicere, & ad Fidem Catholicam reducere pro-
 posuistis.

Et ut tanti negotii provinciam Apostolica
 gratia largitate donati, liberius, & audacius as-

sumatis, motu proprio, non ad vestram, vel
 alterius pro vobis super hoc Nobis oblatam peti-
 tionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate,
 & ex certa scientia, ac de Apostolica po-
 restate plenitudine, omnes insulas, & terras
 firmas inventas, & invenendas, detectas, & de-
 tegendas versus Occidentem, & Meridiem fabri-
 cando, & construendo unam lineam à Polo Ar-
 ctico scilicet Septentrione, ad Polum Antarc-
 ticum, scilicet Meridiem, sive terrae firmam, & in-
 sulam inventam, & invenendam sint versus Indiam,
 aut versus aliam quamcumque partem, quae linea
 distet à qualibet insularum, quae vulgariter nun-
 cupatur *de los Azores, y Cabo Verde,* centum
 leucis versus Occidentem, & Meridiem: ita
 quod omnes insulae, & terrae firmae repertae,
 & repertiendae, detectae, & detegendae, à praefata
 linea versus Occidentem, & Meridiem per alium
 Regem, aut Principem Christianum non fuerint
 actualiter possessae usque ad diem Nativitatis
 Domini nostri Jesu Christi proxime praeteritam,
 à quo incipit annus praesens millesimus quadringentesimus
 nonagesimus tertius, quando fuerunt per
 nuntios, & capitaneos vestros inventae
 aliqua praedictarum insularum, auctoritate om-
 nipotentis Dei nobis in Beato Petro concessa, ac
 Vicariatus Jesu Christi, qua fungimur in terris
 cum omnibus illarum dominis, civitatibus, cast-
 ris, locis, & villis, juribusque, & jurisdictioni-
 bus, ac pertinentiis universis vobis, haeredibusque,
 & successoribus vestris (Castella, &
 Legionis Regibus) in perpetuum tenore praesen-
 tium donamus, concedimus, & assignamus, vos
 que & haeredes, ac successores praefatos illarum
 dominos cum plena, libera, & omnimoda potestate,
 auctoritate, & jurisdictione, factibus, constituimus,
 & deputamus. Decernentes nihilominus per
 hujusmodi donationem, concessionem, & assigna-
 tionem nostram nulli Christiano Principi, qui
 actualiter praefatas insulas, & terras firmas posse-
 derit usque ad dictum diem Nativitatis Domini
 nostri Jesu Christi, jure quaestium sublatum in
 telligi posse, aut auferri debere.

Et insuper mandamus vobis in virtute sanc-
 tae obedientiae (ut sicut pollicemini, & non dubi-
 tamus pro vestra maxima devotione, & Regia
 magnanimitate vos esse facturos) ad terras firmas,
 & insulas praedictas viros probos, & Deum
 rimentes, doctos, peritos, & expertos ad instruendum
 incolae, & habitatores praefatos in Fide Catholica,
 & bonis moribus imbuendum, destinare
 debeatis omnem debitam diligentiam in praemissis
 adhibentes ac quibuscunque personis cu-
 juscunque dignitatis, etiam Imperialis & Regalis
 status, gradus, ordinis, vel conditionis sub
 excommunicationis latae sententiae poena, quam
 eo ipso, si contra fecerint, incurant districtius
 inhibemus, ne ad insulas, & terras firmas inven-
 tae, & invenendas, detectas, & detegendas
 versus Occidentem, & Meridiem, fabricando, &
 construendo lineam à Polo Arctico ad Polum
 Antarcticum, sive terrae firmam, & insulam inven-
 tam, & invenendam sint versus Indiam, aut ver-
 sus aliam quamcumque partem, quae linea distet à
 qualibet insularum, quae vulgariter nuncupatur
de los Azores, y Cabo Verde, centum leucis Occiden-
 tem, & Meridiem, ut praefertur, pro necesse
 ha-

habendis, vel quavis alia de causa accedere praesumant absque vestra, ac haeredum, & successorum vestrorum praedictorum licentia speciali non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscunque. In illo, a quo imperia, & dominationes, ac bona cuncta procedunt confident: quod dirigente Domino actus vestros, si hujusmodi sanctum, & laudabile propositum prosequamini, brevi tempore, cum foelicitate, & gloria totius populi christianissimi consequentur. Dat. Romae apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, quarto Nonas Maii, Pontificatus nostri anno primo.

17 Hactenus Alexander VI. cujus Bulla originalis in Regiis Archivis servatur & tam refertur, quibusdam notis adjectis, Summarium Constitutionum Pontificum Petri Matthaei, pag. 150. Idem Petr. Matthaeus in septimo volumine Decretalium lib. 1. tit. 9. de insulis Novi Orbis, & Laert. Cherubin, in 1. tom. Bullarii, pag. 392. Et de eadem, tamquam de re admodum notabili, & de nova controversia, quae rursus cum Lusitaniae Regibus intercessit, & ab eodem Alexandro composita fuit, praedictis centum a linea leucis, ad trecentessimam ferè, & quadragiesimam leucam extentis, ducto a Septentrionibus ad Australem Polum circulo, atque ita toto terrarum Orbe ex aequo bifariam, diviso, late etiam meminerunt Auctores, quos plene congregimus supra lib. 1. c. 6. n. 73. & in c. praecedent. ex n. 63. & 137. & Alphons. Alvar. in Specul. Roman. Pontif. c. 1. Joan. Laurent. Annania in fabrica mundi, tract. 4. Lucius Marin. Sicul. in histor. Hispan. lib. 19. capit. 16. Francisc. Lopez Gomara in histor. Ind. Occident. 1. part. in princip. Joan. de Barros in suis commentar. lib. 1. Petr. de Cieza in histor. Regni Peruan. 1. p. in princ. Alan. Cop. dialog. 6. c. 9. Joan. Bodin. lib. 1. de Repub. c. 9. Joan. Nicol. Dolion. in compend. histor. lib. 4. Gaudent. Merula in sylva varia, lect. 5. per totum, Petr. Mesia in sua sylva, 4. p. c. 1. Petr. Martyr in suis decedibus Nobi Orbis, deced. 1. elegantissimus Petr. Joan. Maffei. histor. Ind. lib. 1. pag. 18. & novissimus P. Ferdinand. Rebell. de oblig. justitia, 2. p. lib. 18. q. 23. sect. 2. num. 7. & novissime post haec scripta alios referens August. Barbosa in Pastoralis, 1. p. tit. 3. c. 2. n. 41. & seqq. & Seraphin. Freit. de Imp. Asiat. c. 7. ex n. 1.

18 Relatu etiam digna videntur verba Jacobi Mainoldi in tractat. de titulis Regni Cathol. fol. 3. qui postquam latissimas, & ditissimas Novi Orbis provincias connumeravit, & earum acquisitionem, sic concludit: Ex quibus omnibus satis quisque intelligere potest, Philippe Rex, Majestatem vestram non immerito hujus Novi Orbis dominatum tenere, cum auspiciis, atque armis Hispaniae Regum fuerit in Christianorum potestatem adductus. Nam & sub Ferdinando Catholico, & Carolo V. Imperatore patre vestro Hispaniae Regibus haec omnes Novae Regiones fuerunt additae, atque armis subactae. Cum autem multa, maximaque Regna contineant, Majestas vestra tribus duntaxat Regnorum titulis omnia complectitur, quando nimis esset laboris, illa omnia Regna numerando percensere. Quae quidem Hispanis Regibus ingentem gratiam habere debent, quod post multa tandem secula abrogatis idolorum superstitionibus, veram Christi religionem nunc susceperint, perpetua civili pace fruantur. Cum invicta mentis praesidio terra, marique munissima, nihil amplius a quoquam finitimo hoste vim & arma extimescant.

19 Ex quibus, si non absunt plures doctissimi Theologi, quos refert P. Joan. de Salas in tract. de legib. q. 95. disp. 7. sect. 4. n. 33. vers. Ad illud, pag. 123. qui quamvis sentiant, Pontificem non posse provincias infidelium plene, & absolute concedere, & inspectis tamen, & consideratis praedictae Bullae verbis, fatentur, Pontificem ibi plenam, atque omnimodam donationem fecisse, & absque dubio earum opinionem sequutum fuisse, qui Romanae sedi hanc potestatem, & auctoritatem concedunt.

20 Quod si idem diserte etiam tradit Germon. d. c. 13. n. 30. Benzo. lib. 1. de anno Jubilei, c. 10. pag. 53. ubi ait, Alexand. VI. ut agnovit Novi Orbis notitiam, in dies exrescere, &

Hispaniarum Reges eo animo esse, ut non minus temporale ipsorum Regnum, quam, imò praecipue, Regnum Dei amplificarent, hoc illis demandasse, eosque adstrinxisse, ut maximam, qua possent diligentia, in illorum populorum conversionem incumbere, quod ut fortius exequerentur, ipsis quidquid acquirerent, omni meliori modo concessit.

Et Joan. Metell. apud Theat. vitae humanae, vol. 28. lib. 2. pag. 4236. ubi praefatam Bullam in compendium deducens, ita scribit: Alexan. VI. PP. Ferdinando Regi, & ejus posteris Castellae, Legionisque Regibus, Cardinalibus adprobantibus, in perpetuum plenè concessit, donavit, & attribuit omnes insulas, continentisque provincias, repertas, & quae in posterum a suis reperirentur, Occidentem & Meridiem versus ducta ab Arctico, Borealisve Polo ad Antarticum, hoc est, Australem Polum linea; quae centum milliaribus (lege leucis) distaret, Occidentem Meridiemque versus ab ea insula, quae vulgo Hispanis Azores a falcionibus dicitur: & ab altera, quam nunc illi Viridi caput, antiqui autem Hesperides appellabant. Quatuor omnium insularum, & continentis provinciarum quaeratarum, & quaerendarum, idem Pontifex eundem Regem, & ejus successores dominos cum libera omnimodaque in iisdem potestate constituit.

Relatu etiam digna videntur verba Jacobi Mainoldi in tractat. de titulis Regni Cathol. fol. 3. qui postquam latissimas, & ditissimas Novi Orbis provincias connumeravit, & earum acquisitionem, sic concludit: Ex quibus omnibus satis quisque intelligere potest, Philippe Rex, Majestatem vestram non immerito hujus Novi Orbis dominatum tenere, cum auspiciis, atque armis Hispaniae Regum fuerit in Christianorum potestatem adductus. Nam & sub Ferdinando Catholico, & Carolo V. Imperatore patre vestro Hispaniae Regibus haec omnes Novae Regiones fuerunt additae, atque armis subactae. Cum autem multa, maximaque Regna contineant, Majestas vestra tribus duntaxat Regnorum titulis omnia complectitur, quando nimis esset laboris, illa omnia Regna numerando percensere. Quae quidem Hispanis Regibus ingentem gratiam habere debent, quod post multa tandem secula abrogatis idolorum superstitionibus, veram Christi religionem nunc susceperint, perpetua civili pace fruantur. Cum invicta mentis praesidio terra, marique munissima, nihil amplius a quoquam finitimo hoste vim & arma extimescant.

A quibus, si non absunt plures doctissimi Theologi, quos refert P. Joan. de Salas in tract. de legib. q. 95. disp. 7. sect. 4. n. 33. vers. Ad illud, pag. 123. qui quamvis sentiant, Pontificem non posse provincias infidelium plene, & absolute concedere, & inspectis tamen, & consideratis praedictae Bullae verbis, fatentur, Pontificem ibi plenam, atque omnimodam donationem fecisse, & absque dubio earum opinionem sequutum fuisse, qui Romanae sedi hanc potestatem, & auctoritatem concedunt.

In qua etiam sententia si tandem residere videtur Illustr. Card. Belarm. Nam licet, d. lib. 5. de Roman. Pontif. c. 2. s. ult. affirmasset, Alexand. VI. solum concedere voluisse Regibus Hispaniae jus

mittendi Praedicatorum ad has provincias propter repertas, & eos, & infideles, qui converterentur, tuendi, ut latius diximus, supra c. prox. n. 5. Postea tamen in recognitionibus, siue praedicationibus ad eundem librum, & caput, pag. 508. ita scriptum reliquit: Quod attinet ad Bullam Alexandri VI. de divisione Orbis nuper inventi, & debellatione Indorum Occidentalium, cum ea scriberem, Bullam non videram, & ideo sequutus sum doctrinam Cardinalis Cajet. in 2. 2. q. 66. art. 8. Franc. Victor. in 3. select. de pure belli, & Dom. a Soto in 4. sentent. dist. 5. q. unica, art. 10. ad 5. arg. cum propter eorum rationes, cum quia Cajet. vixit tempore Alex. VI. & super his proinde facile scire potuit, quid sibi voluerit Alexander Pontif. cum Orbem recens inventum divisit, Quibus verbis satis ostendit Bellarminus, quod postquam vidit Bullam, cognovit suam, & praedictorum patrum expositionem illius menti, & verbis non convenire.

23 Quod etiam si plenus, ac planius supponit Thom. Boc. lib. 10. de sign. Eccles. Dei, c. 13. & lib. 17. c. 4. & de Italia, tit. lib. 3. c. 5. pag. 342. & 233. & lib. 4. c. ult. p. 445. & alibi passim in omnibus suis operibus, ubi hujus Orbis Novae detectionem, & Alexandri VI. donationem extollit, & qualiter per illam Hispanorum Imperium provegnum, & amplificatum fuerit, quia tamquam Vicarius Christi, cui data est omnis potestas in caelo, & in terra, partitus est inter Castellanos, & Lusitanos quaecumque illi ignota loca invenissent in Occidente, & Oriente, neque ullus posset interrumpere acquirendas ab ipsis terras, si bique illo modo parare.

24 Et iterum lib. 7. de sign. Eccles. c. 6. ad finem. Lutheri, Calvinii, & aliorum haereticorum calumnias satisfaciens, qui Ecclesiam Dei aliqua nota insurre volunt quod hunc Alexandrum VI. Pontificem habuerit, quem pluribus vitis deditum fuisse contendunt, in quibus etiam enarrantis nimis excedit Franc. Guicciardinus in sua historia Italiae, lib. 1. pag. 3. respondet, haec vitia, quae illi opponuntur, multis aliis virtutibus, quibus enituit, & rebus, quae praclare gessit, longè intervallo superasse, & vel hanc concessionem Novi Orbis, quam Regibus Catholicis fecit, & curam, quam adhibuit, ut Occidentales ludii ad humanitatem, & Christi cultum adducerentur, tantum boni peperisse, quantum neque omnium haereticorum auctoritate ab Orbis constitutione unquam proficiat poterint.

Sed verò praeteriti iusto non possunt aliae duae ejusdem Alexad. VI. constitutiones, quae licet omnes praefatos Auctores lauravit, ad rem tamen de qua agimus valde pertinere videntur, & Rom. Pontificis voluntatem, & potestatem in concessione harum Provinciarum enixius, & geminatus ostendunt. Prior, eodem ipso die edita, qua superior, Catholicis Regibus, ea omnia privilegia concedit, quae Lusitanis in Guinea, & India Orientalis conquistae concessa fuerant, & ita se habet.

Alexander Episcopus servus servorum Dei, Carissimo in Christo filio Ferdinando Regi, & Carissime in Christo filiae Elisabeth Reginae Castellae, Legionis, Aragonum, & Granatae, il-

lustribus, salutem Apostolicam benedictionem. Eximia devotionis sinceritas, & integra Fides, quibus Nos, & Romanam reverentissimi Ecclesiam non indigne merentur, ut illa verbis, favorabiliter concedamus, per quae Sanctum, & laudabile propositum vestrum, & opus inceptum in quarendis terris, & insulis remotis, ac incognitis in dies melius, & facilius ad honorem Omnipotentis Dei, & Imperii Christiani propagationem, ac Fidei Catholicae exaltationem prosequi valeatis. Hodie siquidem omnes, & singulas terras firmas, & insulas remotas, & incognitas, versus partes Occidentales, & mare Oceanum consistentes, per vos, seu nuntios vestros, ad id propterea non sint magnis laboribus, periculis, & impensis destinatos, repertas, & reportandas in posterum, quae sub actuali dominio temporali aliquorum dominionum Christianorum constituta non essent, cum omnibus illarum dominis, civitatibus, castris, locis, villis, jurisdictionibus universis, vobis, haeredibusque, & successoribus, vestris Castellae, & Legionis Regibus in perpetuum, motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine donavimus, concessimus, & assignavimus, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Cum autem alias nonnullis Portugalliae Regibus, qui in partibus Africae, Guineae, & Minae fuerunt, ac alias insulas, etiam ex similibus oblatione, & donatione Apostolica eis facti repererunt, & acquisiverunt, per sedem Apostolicam diversa privilegia, gratias, libertates, immunitates, exemptiones, facultates, literas, & indulgentia concessa fuerint, Nos volentes etiam pro ut dignum & conveniens existit) vos haeredesque & successores vestros praedictos, non minoribus gratis, prerogativis, & favoribus prosequi, Motu simili, non ad vestram, vel alterius pro vobis super hoc oblati petitionis iustantiam sed de nostra mera liberalitate, ac eisdem scientia, & Apostolicae potestatis plenitudine, vobis, & haeredibus & successoribus vestris praedictis, ut in insulis & terris per vos, seu nomine vestro hactenus repertis hujusmodi, & repertiendis in posterum, omnibus, & singulis gratis, & privilegiis, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, immunitatibus, literis, & indulgentiis Portugalliae concessis hujusmodi, quarum omnium tenores ac si de verbis ad verbum presentibus insererentur, haberi volumus pro sufficienter expressis, & insertis, uti potiri, & gaudere libere, & licite possitis, & debeatis in omnibus & per omnia, perinde ac si illa omnia vobis, ac haeredibus & successoribus vestris praedictis specialiter concessa, auctoritate Apostolica tenore praesentium de speciali dono gratiae indulgentiam, haecque in omnibus & per omnia ad vos, haeredesque ac successores vestros praedictos, extendimus pariter, & ampliamus, ac eisdem modo & forma perpetuo concedimus.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis: necnon omnibus illis, quae in literis Portugalliae Regibus concessis hujusmodi, concessa sunt non obstante, caeterisque contrariis quibuscunque, Verum quia difficile foret, praesentes literas ad singula quaeque loca, in quibus expediens foret, deferri, volumus, ac motu & scientia similibus decernimus, quod illarum trans-

transumptis manu publici Notarii inde rogati subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, seu Curie Ecclesiasticæ munitis, ea prorsus Fides in dubia in judicio, & extra, ac alias ubilibet adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum indulti extensionis, ampliationis, concessionis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, & quarto Nonas Maii, Pontificatus nostri anno primo.

Posterior autem Bulla, sive constitutio ejusdem Alexand. VI. eodem anno, vj. Kalend. Octobris expedita, eisdem Regibus alias etiam terras concedit, quæ fortè versus Orientem navigando à suis nuntiis, & vassallis deregerentur, dummodo prius ab aliis Principibus Christianis occupatæ fuissent, cujus verba sic habent.

Alexander Episcopus servus servorum Dei, Carissimo in Christo filio Ferdinando Regi, & Carissimæ in Christo filię Elizabeth Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, & Granatæ, illustribus, salutem & Apostolicam benedictionem.

Dudum siquidem omnes & singulas insulas, & terras firmas inventas & inveniendas versus Occidentem & Meridiem, quæ sub actuali dominio temporali aliquorum dominorum Christianorum constitutæ non essent vobis, hæredibusque, & successoribus vestris Castellæ & Legionis Regibus in perpetuum motu proprio, & de certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine donavimus, concessimus, & assignavimus, vosque ac hæredes, & successores præfatos de illis investivimus, illarumque dominos cum plena, libera, & omnimoda potestate, auctoritate, & jurisdictione constituimus, & deputavimus; prout nostris inde confectis literis, quarum tenorem, ac si de verbo ad verbum presentibus insererentur, haberi volumus pro sufficienter expressis, plenius continetur.

Cum autem contingere possent, quod Nuntii, & Capitanei, aut vassalli vestri versus Occidentem, & Meridiem navigantes, ad partes Orientales applicarent, ac insulas, & terras firmas quæ inde fuissent, vel essent, reperirent: Nos volentes etiam vos favoribus prosequi gratiosis, motu, & scientia, ac potestate Apostolicæ plenitudine similibus, donationem, concessionem, assignationem & literas prædictas, cum omnibus, & singulis in eisdem literis contentis clausulis ad omnes, & singulas insulas, & terras firmas inventas, & inveniendas, ac detectas, & detegendas, quæ navigando, aut itinerando versus Occidentem, aut Meridiem hujusmodi, sint vel fuerint, aut apparuerint, sive in partibus Occidentalibus, vel Meridionalibus, & Orientalibus, & Indiæ existant, auctoritate Apostolica tenore presentium in omnibus, & per omnia, perinde ac si in literis præ-

dictis de eis plena, & expressa mentio facta fuisset, extendimus, & ampliavimus. Vobis ac hæredibus, & successoribus vestris prædictis per vos, vel alium seu alios corporalem insularum, ac terrarum prædictarum possessionem propria auctoritate liberè apprehendendi, ac perpetuo retinendi, illasque adversus quoscumque impediētes, etiam defendendi, plenam & liberam facultatem concedentes, ac quibuscumque personis etiam cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis sub excommunicationis læ sententiæ poena, quam contra facientes eo ipso incurrant, districtius inhibentes, ne ad partes prædictas ad navigandum, piscandum, vel inquirendum insulas, vel terras firmas, aut quovis alio respectu, seu colore, ite, vel mittere quoquomodo præsumant, absque expressa vel speciali vestra, ac hæredum, & successorum prædictorum licentia. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis donationibus, concessionibus, facultatibus, assignationibus per Nos, vel prædecessores nostros quibuscumque Regibus, vel Principibus, Infantibus, aut quibusvis aliis personis aut Ordinibus, & Militiis de prædictis partibus, maribus, insulis, atque terris, vel aliqua eorum parte, ex quibusvis causis etiam pietatis, vel fidei, aut redemptionis captivorum, & aliis quantumcumque urgentissimis, & cum quibusvis clausulis etiam derogatoriis derogatoriis, fortioribus, efficacioribus, & insolitis, etiam quascumque sententias, censuras, & poenas in se continentibus, quæ sum per actuale, & reale possessionem non essent sortitæ effectum, licet forsitan aliquando illi quibus donationes, & concessionis hujusmodi factæ fuissent, aut eorum Nuntii ibidem navigassent. Quas tenores illarum etiam presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, motu, scientia, & potestate plenitudine similibus omnino revocamus, ac quoad terras, & insulas per eos actualiter non possessa pro insectis haberi volumus necnon omnibus illis, quæ in literis prædictis volumus non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, 6. Kalend. Octobris, Pontificatus nostri anno 2.

Neque existimet quispiam solum Alexand. VI. hac dumtaxat occasione prædicta potestate usum fuisse: cum præ sapè sapius alii plures Romani Pontifices varis temporibus, & occasionibus idem fecisse reperiantur, quoties sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac Christianæ Religionis expedire censuerunt, ut præter alios ex supra relatis, novissimè ostendit Marta d. trañ. de jurisdic. 1. p. c. 24. n. 32. & ultra ea, quæ ipse tradit, & melius constare poterit ex exemplo regni Hiberniæ, quod eadem fermè ratione ac stud Indiarum Occidentalium Adrianus Papa IV. Henrico II. Anglorum Regi, & successoribus ejus concessit, & alii subsequentes Pontifices confirmarunt, certo tributi genere adjecto, quod Romanæ Ecclesiæ, veluti in feudi recognitionem penderetur, ut constat ex his, quæ refert Illustrissimus Cardinalis Baron. in Annal. Eccles. tom. 12. anno Christi-

Christi 1159. num. 21. & 22. & ann. 1171. n. 12. & 1186. n. 16. Matth. Parisiens. in histor. Angliæ sub Henrico II. ann. 1155. Polid. Virgil. Neubrigens. Genebrard. Orlandus Rogerius, & Ribadeneira in eadem histor. Angliæ ann. 1171. Cardin. Bellarmin. in Apologia contra Jacob. Reg. Angliæ, c. 3. & in Chron. anno 1154. Patr. Jacob. Gretserus in alia Apologia contra eundem Regem c. 5. & 7. Sander. de Schism. Angl. lib. 1. ann. 1542. & Marta dicit. 1. part. cap. 26. num. 39. & sequentibus.

27 Ad quod Adrianus Pontifex diploma quoddam expediti mandavit, quod ex Vaticano Codice descripti Baron. d. ann. 1559. num. 21. & quoniam elegantissimum est, & huic Alex. VI. de quo agimus, valde consentaneum, hic illud inserere opportunum existimamus. Illud igitur sic se habet.

Adrianus Episcopus servus servorum Dei, Carissimo in Christo filio illustri Anglorum Regi, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Laudabiliter & fructuose de glorioso nomine propagando in terris, & æterna felicitatis præmio cumulando in coelis, tua magnificentia rogat, dum ad dilatandos Ecclesiæ terminos, ac declarandam indocis, & rudibus populis Christianæ fidei veritatem, & vitiorum plantaria de agro dominico extirpanda, sicut Catholicus Princeps, intendis, & ad id convenientius exequendum, consilium Apostolicæ Sedis exis, & favorem. In quo facto, quanto altiori consilio, & majori discretionem procedis, tanto in eo feliciorum progressum te, præstante Domino, confidimus habiturum, eo quod ad bonum exitum semper, & finem soleant attingere, quæ de ardore fidei, & de Religionis amore principium acceperunt. Sanè Hiberniam, & omnes insulas, quibus Sol justitiæ Christus illustris illuxit, & quæ documenta fidei Christianæ coeperunt ad jus Beati Petri, & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, (quod tua & nobilitas recognoscit) non est dubium pertinere. Unde tanto in eis libentius plantationem fidelem, & germen gratum inserimus, quanto id à nobis interno examine distinctius prospicimus exigendum. Significasti siquidem nobis filii in Christo charissime, te Hiberniæ insulam, ad subdendum illum populum legibus, & vitiorum plantaria inde extirpanda, velle intrare, & de singulis domibus annuam unius denarii Beato Petro velle solvere pensionem, & jura Ecclesiarum illius terræ illibata, & integra conservare. Nos itaque pium, & laudabile desiderium tuum cum favore congruo prosequentes, & petitioni tuæ benignum impendentes assensum gratum, & acceptum habemus, ut pro dilatandis Ecclesiæ terminis, pro vitiorum restringendo decursu, pro corrigendis moribus, & virtutibus inserendis, pro Christianæ religionis augmento, insulam ingrediaris, & quod ad honorem Dei, & salutem illius terræ spectaverit, exequaris: & illius terræ populus honorificè te recipiat, & sicut Dominum veneretur: jure nimirum Ecclesiastico illibato, & integro permanente, & salva Beato Petro, & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ de singulis domibus annua unius denarii pensione. Si er-

Tom. I. de Indiar. jurè.

go quod concepisti animo, effectum duxeris complendum, stude, gentem illam bonis moribus informare, & agas tam per te, quam per illos quos adhibes quos fide, verbo, & vita idoneos esse perspexeris, ut decoretur ibi Ecclesiæ, plantetur, & crescat fidei Christianæ religio, & quæ ad honorem Dei, & salutem pertinent animarum, per te taliter ordinentur, ut à Deo sempiternæ mercedis cumulum consequi merearis, & in terra gloriosum nomen valeas in seculis obtinere.

Hucusque in Codice Vaticano.

Posterioribus etiam temporibus, ut tetigimus supra lib. 1. cap. 3. num. 21. cum Henricus Portugaliæ Infans, Alphonsi V. Regis patruus, felicibus ausis, & auspiciis, novas ac periculosas per vastum Oceani æquor navigationes instituerit, illisque mediantibus plures insula, nunquam antiquis cognitæ, inventæ essent, & Christianæ fidei ad Hesperios Æthiops, aliasque inaccessas antea nationes aditus patefactus, ne conquirendi ardor in posteris refrigereret, anno demum à Partu Virginis 1420. à Martino V. Pontifice Maximo impetravit, ut quiddam à Ganaria promontorio, vulgò dicto ad ultimam usque Indiam patefieret, id quàm optimo jure, & conditione Lusitanæ ditiois esset. Quod ipsum ab aliis deinde Pontificibus, nempe Nicolao V. & Calix. III. confirmatum est, & ad plures alias Africa, & Asiæ oras, ac regiones extensum, quas Sereniss. Lusitanæ Reges virtute, & industria bellica, & navali invenerunt, ac subjugarunt, & ditioni suæ adscendas curarunt, ut latius commemorat Pet. Joan. Maffei. histor. Ind. lib. 1. pag. 5. Pet. Damariz in varis histor. dialog. 4. cap. 4. Fr. Ant. de San-Roman. in histor. Ind. Orient. lib. 1. cap. 3. pag. 10. & c. 6. p. 27. Rebell. de obligat. just. d. 2. part. lib. 18. q. 23. sect. 2. ubi prolixitas vitandæ causa, solum quædam capita, ex Bulla Calixti III. decerpta, recensuit, in qua etiam inserta est Bulla Nicolai V. quæ quoniam maximè ad nostrum pertinent institutum, Nos quoque hic transcribere non gravabimur.

Calixtus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, &c. Dudum siquidem felicis recordationis Nicolaus Papa V. prædecessor noster literas concessit tenoris subsequentis Nicolaus Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, &c. Romanus Pontifex regni cœlestis claviger, omniumque nationum in illis degentium qualitates paterna consideratione discutens, ac salutem quaerens, & appetens, &c.

Ad nostrum siquidem nuper non sine ingenti gaudio pervenit auditum, quod dilectus filius nobilis vir Henricus, Infans Portugaliæ, carissimè in Christo filii Alfonsi Portugaliæ, & Algarbii regnorum Regis illustris patruus, &c. cum olim ad ipsius Infantis pervenisset notitiam, quod nunquam, vel saltem à memoria, hominum non consuevisset, per hujusmodi Oceanum, mare ad Meridionales, & Orientales plagas navigari, illudque nobis Occiduis foret incognitum, ut nullam de partibus illarum

gentibus certam notitiam haberemus, credens, se maximam in hoc Deo præstare obsequium, si ejus opera, & industria mare ipsum usque ad Indos, qui Christi nomen colere dicuntur, & navigabile fieret, sique cum eis participare, & illos in Christianorum auxilium adversus Sarracenos, & alios ejusmodi fidei hostes commovere posset ac nonnullos Gentiles, & Paganos nefandissimæ Mahometicæ sectæ nomine infectos populos, inibi in medio existentis, continuo debellare, eisque incognitum sacratissimi Christi nomen prædicare, ac facere prædicari; regia tamen semper auctoritate munitus, à 25. annis citra, exercitum ex dictorum regnorum gentibus, maximis cum laboribus, periculis, & expensis in velocissimis navibus ad perquirendum mare, & provincias maritimas, versus Meridionales partes, & polum Arcticum annis singulis ferè mittere non cessavit, &c.

Cum autem sicut accepimus, licet Rex, & Infans præfati, qui cum tot tantisque periculis, laboribus, & expensis, necnon perditione tot naturalium Regnicolarum hujusmodi, & portus, insulas, & maria hujusmodi acquisiverunt, & possederunt, ut præfertur, ut veri eorum Domini, timentes, ne aliqui cupiditate ducti ad partes illas navigarent, & operis ejusmodi perfectionem, fructum & laudem sibi usurpare, vel saltem impedire cupientes præterea seu lucri commodo, aut malitia ferrum, armæ, lignamina, aliisque res, & bona ad infideles deferri prohibita, portarent, vel transmitterent, aut ipsos infideles navigandi modum edocerent propter quæ eis hostes duriores, ac fortiores fierent, & hujusmodi prosecutio impediretur, vel forsitan cessaret, non absque offensa Dei magna, & ingenti totius Christianitatis opprobrio, ad obviandum præmissis, ac pro suorum juris, & possessionis conservatione, sub certis tunc expressis gravissimis pœnis prohibuerint, & generaliter statuerint, quod nullus nisi cum suis nautis, & navibus, & certi tributii solutione, obtentaque prius desuper expressa ab eodem Rege, vel Infante licentia, ad dictas provincias navigare, aut in earum partibus contractari, seu in mare piscare præsumeret, tamen successu temporis evenire posset, quod aliorum regnorum, seu nationum personæ invidia, malitia, aut cupiditate ducti, contra prohibitionem prædictam, absque licentia, & tributii solutione hujusmodi, ad dictas provincias accederent, & sic in acquisitis provinciis, portibus, insulis, ac mari navigare, contractare, & piscari præsumerent, & extendo, inter Alphonsum Regem, ac Infantem, qui nullatenus se in his delicti parentarunt, & præsumentes, quod inter prædictos quamplurima odia, rancores, dissensiones, guerra, & scandala in maximam Dei offensam, & animarum periculum verisimiliter subsiqui possent, & subsequerentur.

Nos præmissa & singula, debita meditatione pensantes, quod cum olim præfato Alfonso Rege quoscunque Christi inimicos, ubicunque constitutos, ac Regna, Ducatus, Principatus, dominia, possessiones, & mobilia bona quæcumque per eos detenta, ac possessa,

invadendi, conquiriti, expugnandi, debellandi, & subjungendi, illorumque personas in perpetuam servitutem redigendi, Regna, Ducatus, Comitatus, Principatus, dominia, possessiones, & bona, sibi, & successoribus suis applicandi, appropriandi, ac in suos, suorumque usus, & utilitatem convertendi, aliis nostris literis plenam, & liberam inter cætera concesserimus facultatem. Dicitur facultatis obtentu idem Alphonsus Rex, seu ejus auctoritate prædictus Infans, justè, & legitime insulas, terras, portus, & maria hujusmodi acquisivit, & possedit, ac possidet, aliasque res quæ ad eundem Alphonsum Regem, & ipsius successores de jure spectant, & pertinent, nec quivis alius Christi fidelis, absque ipsorum Alphonsi Regis, & successorum suorum licentia speciali, de illis hæctenus intrumtere potuit, neque potest quoquo modo, ut ipse Alphonsus Rex, ejusque successores, & Infans eum ferventius huic tam piissimo operi, in quo cum illo animarum salutis, Fidei augmentum, & illius hostium depressio procurentur, &c.

De præmissis omnibus, & singulis informati plenissime, motu proprio, &c. auctoritate Apostolica, &c. & ex certa scientia, de Apostolica potestate plenitudine, literas facultatis præfatas, quarum tenores de verbo ad verbum presentibus literis volumus pro insertis, & quæcumque etiam alia ante data dictarum facultatum acquisita, & ad ea, quæ in posterum nomine dictorum Alphonsi Regis, suorumque successorum, & Infantis in ipsis, ac circumvicinis, & ulterioribus, ac remotioribus partibus de Infidelium, ac Paganorum manibus acquiri poterunt, provincias, insulas, portus & maria quæcumque extendi, & illa sub eisdem facultatis literis comprehendere, ipsarumque facultatis, & presentium literarum vigore jam acquisita, & quæ in futurum acquiri contigerit, postquam acquisita fuerint, ad præfatos Regem, & successoris suos, ac Infantem, ipsamque conquestam, quam à capitibus de Bojador, &c. de Nom, usque per totam Guineam, & ultra versus illam Meridionalem plagam extendi, harum serie declaramus etiam ad ipsos Alphonsum Regem, & successoris suos, ac Infantem, & non ad aliquos alios spectasse, & pertinuisse, ac in perpetuum spectare, & pertinere de jure, &c. quæque nulli

Hec Calistus III. in Bulla, sub sigillo sibi illius, & in his, quæ in manu ipsius, & in eadem Bulla rogatus, & exhortatus Summus Pontifex omnes personas cujuscumque qualitatatis, etiamsi Imperatores sint, vel Reges, &c. & districtè prohibet omnibus ne ad præfatas provincias, portus, & loca deferant, nec deferre faciant merces illas absque speciali licentia præfati Regis, vel Infantis, vel eorum ad quos ipsa conquestio pertinet, ne ulla ratione se intromittant in præfata maria, vel regiones, quod si contra fecerint, si fuerint personæ particulares, ipso jure sententiam excommunicationis incurrant: si verò fuerit civitas, vel universitas, sive communitas, ipso jure subjaceant interdicto Ecclesiastico, & a quibus censuris nulla Apostolica auctoritate valeant absolvi ante satisfactionem, vel compositionem cum præfatis Rege, li-

fantè, vel successoribus factam. Quæ omnia fideliter ex Bulla Calixti III. decerpimus.

30 Et adeo securus hic concessio Pontificia titulus eo tempore visus fuit, ut Catholici Reges Ferdinandus & Elizabeth ex consilio doctissimorum virorum, quos semper secum habebant, & præcipue magni illius seculi Jurisconsulti Joannis Lupi de Palacios Rubios (si credimus Anton. de Herrera in historia generali Indiarum, decad. 1. lib. 10. cap. 17. pag. 348.) generalem quamdam protestationem, sive requisitionem ordinari mandaverint, quæ per eorum Duces Barbaris infidelibus, ubi prima ad eos appulissent, intimaretur, in qua nihil magis enixè, & expressè continebatur.

Cujus exemplar extat apud eundem Antonium de Herrera d. decad. 1. lib. 7. cap. 14. pag. 249. & seq. & iterum decad. 2. lib. 1. c. 14. pag. 27. & decad. 4. lib. 1. cap. 8. pag. 18. Et eadem formula data est ab Imperatore Carolo V. Francisco Pizarro anno 1533. ubi ad conquestionem hujus Regni Peruani missus fuit, & cæteris subinde Ducibus, qui ad ejusmodi expeditiones delegabantur, ut constat ex 4. tom. schedulæ impress. pag. 226. & seq. cujus copiam hic etiam nostris scriptis inserere, ut necessarium, lectioribus valde gratum futurum existimamus.

32 *To N. criado de los raii altos, y mi poderosos Reyes de Castilla, y de Leon, Domadores de las gentes barbaras, su mensagero y Capitan, vos notifico, y bago saber, como mejor puedo, que Dios nuestro Señor, Uno y Eterno, erio el cielo, y la tierra, y un hombre, y una muger, de quien vosotros, y nosotros, y todos los hombres del mundo fueron, y son descendientes, procerados, y todos los que despues de nosotros vinieren: mas por la muchedumbre de generacion que destos ha procedido desde cinco mil y mas años, que ha que el mundo fue creado, fue necesario que los unos hombres fuesen por una parte, y los otros por otra: se dividiesen por muchos Reynos y provincias: porque en una sola no se podian sustentar, y conservar. De todas estas gentes Dios nuestro Señor dió cargo á uno, que fue llamado San Pedro, para que de todos los hombres del mundo fuese Señor y Superior, á quien todos obedeciesen, y fuese cabeza de todo el linage humano, do quier que los hombres estuviesen, y en qualquier lei seña, ó creencia: y dióle á todo el mundo por su servicio y jurisdiccion, y como quiera que le mandó, que pudiese su silla en Roma, como el lugar mas apavejado para regir el mundo: tambien le prometió, que podia estar, y poner su silla en qualquier otra parte del mundo, y juzgar y govarnar todas las gentes, Christianos, Moros, Indios, Gentiles, y de qualquier otra seña, ó creencia que fuesen. A este llamaron Papa, que quiere decir, Admirable, Mayor, Padre, y Guardador, porque es Padre, y Governador de todos los hombres. A este S. P. obedecieron, y tomaron por Señor Rei, y Superior del universo los que en aquel tiempo vivian: y asimesmo han tenido á los otros, que despues de él fueron al Pontificado elegidos, y así se ha continuado hasta ahora, y se continuará hasta que el mundo se acabe.*

Uno de los Pontifices pasados, que he dicho como Señor del mundo hizo donacion de las islas y tierra firme del mar Oceano á los Católicos Reyes de Castilla, que entonces eran D. Fernando, y Doña Isabel, de gloriosa memoria, y á sus sucesores, nuestros señores, con todo lo que en ellos ai, segun se contiene Tom. I. de Indiar. juce.

en ciertas escrituras que sobre ello pasaron, segun dicho es (que podeis ver, si quisieredes.) Así que su Magestad es Rei, Señor de estas islas, y tierra firme, por virtud de la dicha donacion, y como á tal Rei y Señor á algunas Islas, y casi todas, á quien esto ha sido notificado, han recibido á su Magestad, y le han obedecido, y servido, y sirven como subditos, lo deben hacer, y con bu na voluntad, y sin ninguna resistencia, luego sin ninguna dilacion, como fueron informados de lo susodicho, obedecieron á los varones Religiosos que los embiaban, para que les predicasen, y enseñasen nuestra santa Fé: y todos ellos de su libre, y agradable voluntad, sin premio, ni condicion alguna se tornaron Christianos, y lo son: y su Magestad los recibió alegre, y benignamente, y así los mando tratar como á los otros sus subditos y vasallos: y vosotros sois tenidos, y obligados á hacer lo mesmo. Porende, como mejor puedo, vos ruego, y requiero, que entendais bien esto que os he dicho, y toméis para entenderlo, y deliberar sobre ello, el tiempo que fuere justo y reconozcais á la Iglesia por señora, y superiora de el universo mundo, y al Sumo Pontifice, llamado Papa, en su nombre, y á su Magestad en su lugar, como superior y Señor, Rei de las Islas, y tierra firme, por virtud de la dicha donacion: y consentais, que estos Padres Religiosos os declaren, prediquen lo susodicho. T si así lo hicieredes, hareis bien: y aquello que sois tenidos y obligados, á su Magestad, y yo en su nombre, vos recibirán con todo amor, y caridad, y vos dexarán vuestras mugeres, y hijos libres, sin servidumbre, para que dellas, y de vosotros bagais libremente todo lo que quisieredes, y por bien tuvieredes, como lo han hecho casi todos los vecinos de las Islas: y aliende desto su Magestad vos dará muchos privilegios, exenciones, y vos hará muchas mercedes. Si no lo hicieredes, ó en ello dilacion maliciosamente pusieredes, certifico os, que con el ayuda de Dios, yo entraré poderosamente contra vosotros, y vos haré guerra por todas las partes, y manera que yo pudiere, y vos sujetare al yugo, y obediencia de la Iglesia, y de su Magestad, tomaré vuestras mugeres, y hijos, y los haré esclavos, y como tales los venderé, y dispondre de ello como su Magestad mandare: y vos tomaré vuestros bienes, y vos haré todos los males, y daños que pudiere, como á vasallos que no obedecen, ni quieren recibir á su señor, y le resisten, y contradicen. Y protesto, que las muertes, y daños que de ellos se recrecieron, sea á vuestra culpa, y no de su Magestad, ni nuestra, ni de estos Cavalleros que conmigo vinieron: y de como os digo, y requiero pido al presente escribano, que me lo dé por testimonio firmado.

Juxta que omnia supra dictus titulus magis ac magis communiri, imò & inconcusus reddi videntur. Nam si justè possidet, qui Auctor 33 judice possidet, l. justè possidet, ff. de acquirenda possessione: & sententia à quolibet legitimo, & competenti judice lata, sufficit ad verum dominium uti tollendum, & in alium transfrendum, ut voluit Glossa in leg. ex hoc jure, ff. de justitia & jure, verbo, Dominia, & ibidem Bartholus num. 6. & plenius in l. Pompositus, §. si jussu, ff. de acquirenda possessione, Glossa in §. ultimo, verbo, Cui adjudicatum, institutionum de officio judicis in capite proposuisti, verbo, Vacare, de concessione præbenda, & notat Innocentius in capite quia plerique, post principium, ad im.